

1156, febrer, 17

*Pere Ató de Foixà, la seva esposa Loreta, el seu fill Ató i el seu nepos Guillem de Foixà defineixen a Sant Daniel una terra situada a Foixà que havia llegat al monestir Beatriu, esposa d'Arnau Guifred.*

ASD núm. 26, perg. 01ig., 375 x 120 mm. Regest: Llibre 21, núm. 39, pp. 27-28.

Sit notum cunctis quoniam ego Petrus At de Fuxano et uxor mea Laureta et filius meus At et Guilielmus de Fuxano nepos meus, nos insimul recognoscimus iniuste habuisse et tenuisse hucusque unam fexam terre cum uinea que est in suo capite, quam fexam et uineam cenobium Sancti Danielis habet et habere debet in parrochia Sancti Iohannis de Fuxano per uocem Beatricis olim defuncte uxoris Arnalli Gaufredi de Fuxano, sicut melius resonat in ipsa sua carta, seu per aliquas uoces. Et affrontat prenominata fexa cum uinea ab oriente in ipso prad, de meridie et de occiduo in terra Sancti Iohannis predicti, de circi in terra que fuit Arnalli Adalberti de Latrariis. Sicut ab hiis .un.or affrontationibus includitur prenominata fexa cum uinea, sic nos prelibati ob remedium animarum nostrarum nostrorumque parentum diffinimus, euacuamus ac omnibus modis deliberamus prenominata fexa cum uinea domino Deo et Sancto Danieli in manu Ermessendis abbatisse, ut melius potest intelligi ad utilitatem prenominati cenobii, tali tenore ut nos nec aliquis per nostras uoces in iamdicta fexa cum uinea modo nil possimus uel possit habere, tenere, requirere uel incombrare, sed sit liberum alodium francum . sepredicti cenobii Sancti Danielis absque blandimento ullius uiuentis; et ut suprascripta diffinicio firmissimum robur obtineat accipimus de bonis Sancti Danielis .xxx. solidos denariorum gerundensis monete. Si quis hanc diffinicionem, euacuationem, deliberationem inrumpere temptauerit, non ualeat sed duplam compositionem prefato cenobio fadat.

Actum est hoc .xm. kalendas marcii anno .xvun. regni Leduici regis iunioris.

Sig+num Petri At, sig+num Laurete uxoris eius, sig+num At filii eius, sig+num Gulielmi nepotis eius, qui hanc definicionem euacuationem ac deliberationem fecimus, firmuimus firmarique rogauimus. Berengarius, Girundensis episcopus\*. (s. man.) Petrus Borrelli, sacrista et iudex<sup>1</sup>. +Guilmus, Sancti Felicis abbas\*.

(s. man.) Arnallus presbiter, qui hoc rogatus scripsi, die annoque prefixo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 105-106